



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 49. Tumultus Pragensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

**Secul. XV.****A. C. 1411.**

Nonus, ac decimus, duo Episcopi An-  
gliæ, Thomas Langlejus Episcopus Du-  
nelmensis, ac regni Cancellarius, & Ro-  
bertus Halamus Sarviodonensis Episco-  
pus, sed ambo sine titulo templi ob suam  
absentiam. Undecimus, Ægidius Cam-  
pius Rothomagensis, inclytus Theologæ  
Doctor Parisinus, schismatis extinguendi,  
ut dictum est, studiosissimus, Episcopus  
Cosedianus, Cardinalis Presbyter, sed si-  
ne titulo templi, quia non venit Romanam,  
ac brevi vitam posuit anno 1413.

Duodecimus, Lucius Contius Nobilis  
Romanus Archigrammateus Apostolicus,  
Cardinalis Diaconus de S. Maria in Cor-

**Ughell. to. 3.****p. 215.**

*medin.* Decimus tertius, Franciscus Za-  
barella Patavinus, Juris Professor suo tem-  
pore clarissimus, per Papam Joarinem ab  
anno priore Episcopus Florentinus, mo-  
do Cardinalis Diaconus de SS. Cosma &  
Damiano. Frequens in posterum sermo  
de illo erit. Ultimus, Guilielmus Fila-  
strus Gallus e Cenomania, Juris Cano-  
nici Doctor, ac Remensis Ecclesiæ De-  
canus, in Parisino conventu anno 1406

**Sup. l. 99.  
§. 56.**

illustrem adeptus fama, Cardinalis Dia-  
conus, & paulo post Presbyter de S.  
Marco.

### §. XLIX.

#### *Tumultus Pragenis.*

Interim Gregorius hærebat Cajetæ sub  
præ-

præsidio Regis Ladislai, nec lassabatur <sup>sæcul XV.</sup>  
in mittendis Legatis, & litteris, censuris <sup>A.C. 1412.</sup>  
que inutilibus irrogandis Papæ Joanni:  
qui paribus multabat Gregorium, quin <sup>Rayn. 1411.</sup>  
etiam Ladislaum, in quem classicum fa- <sup>n. I. 5.</sup>  
crum cani voluit, <sup>1412. n. I.</sup>

Igitur Hussitæ in Bohemia declama-  
bant contra Joannem, qui Christianos im-  
pelleret, ut fidei sociorum sanguine ma-  
nus imbuerent. Cum in Pragensi templo  
promulgarentur illius litteræ de bello fa-  
cro, opifices de plebecula clamabant Pa- <sup>Æn. Silv.</sup>  
pam Joannem esse Antichristum: ur- <sup>hist. Boh.</sup>  
bis Senatus eos addixit carceribus: at <sup>c. 85.</sup>  
populus accinctus armis poposcit, ut hinc  
emitterentur omnes, Senatus rebelles  
alloquens ita pacabat, ut suam quisque  
domum repeterent, vitam captivorum  
salvam rati. Interim clam necabantur.  
Sed horum cruorem extra curiæ portam  
fluere videns populus eo accurrit, ablata-  
que corpora aureis involuta pannis in  
omnia urbis tempa circumtulit, Sacer-  
dotibus suæ sectæ clamantibus: En San-  
cti, qui pro lege Dei vitam dedere suam.  
Tum peruncta balsamo cadavera quasi sa-  
cras reliquias posuere in sanctuario tem-  
pli Bethlehem.

§. L.

*Papæ Joannis pactum cum Ladislao.*  
Joannes Ladislaum e regno Neapolitano  
pel-